resignasset ac omnibus melioribus
via et modo, quibus pro Regiæ Suæ
Potestatis plenitudine efficacius
potuisset, annuisset, indulgisset quo-
tiescunque eandem parochialem
Ecclesiam per cessum vel decessum
vacare contigerit, memorati Ci-
ves tam præsentes, quam futuri
ad ipsam Ecclesiam personam ha-
bilem et placitam eligere, nomi-
nare et præsentare possent ac
jus suum pro se et omnibus Re-
gni Bohemiæ futuris Regibus
in Consulatum et Cives prænomina-
tos transtulisset et transfudisset,
prout hæc omnia in Literis suis
Regijs plenius continentur. Qua-
propter fuit nobis per supra dictos
Magistrum Civium, Cives sivè Con-
sulatum ea quâ decuit humilita-
te et instantiâ supplicatum, qua-
tenus ad Collationem, donationem
concessionem et transfusionem præ-